# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Venia y
### cum uariis

Omnino propter mansuetudinem que in te predicatur, currimus post te, Domine Ihesu, audientes quod non spernas pauperem, peccatorem non abhorreas; non horruisti confitentem latronem, non lacrimantem peccatricem, non Cananeam supplicantem, non deprehensam in adulterio, non sedentem in theloneo, non supplicantem publicanum, non negantem discipulum, non persecutorem discipulorum, non ipsos crucifixores tuos. In odorem horum unguentorum currimus.

Bernardus super Cantica.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

post te] poste (*cor. intra*) C; confitentem] confidentem $V^1$; horum] horem (*cor. intra*) M; Bernardus super Cantica] ibidem $L^1$ $L^2$